



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**DE VITA || ET MORIBVS IGNA-||TII LOIOLAE,|| QVI  
SOCIETATEM IESV || fundauit, Libri III.|| Auctore Ioanne  
Petro Maffeo, pres-||bytero Societatis eiusdem.|| Ex  
auctoritate superiorum.||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Köln, 1585**

**VD16 M 110**

Co[n]firmatur à Iulio III. Societas. Ca. XIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68259](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68259)

Confirmatur à Julio III. Societas.

Cap. XIX.

POST hæc, Paulus III. Pontifex Maximus, senio curisque confectus, è vita migravit, comitiaque nouo creando Pontifici, in magna studiorum ac voluntatum varietate in aliquot meses extracta sunt. Quo ipso tempore cū Vrbs, vt in diuturno interregno, anno næ difficultate vehementissime labaret, nostrisque numero in dies auctis, extrema fames adesse videretur; Ignatius cum aliorum, tum præcipue sacri Collegij Cardinalium eximiam in se suosque benignitatem expertus est. quippè in summis occupationibus Patres augustos pia nostrorum hominum recordatio subiit: communique consilio ad eorū inopiam subleuandā non leuis pecuniæ summa ex ipso Cōclavi transmissa est: enixè in primis fauente atque adiuuante Rodulpho Pio Carpentis, quem Ignatius iam ante sibi socijsq; patronum ac protectorem, vt appellant, è summi Pontificis auctoritate delegerat. Ac rebus diu multum-

Q 3 que

que agitatis, Pontifex denique declaratur Iulius, eo nomine tertio<sup>o</sup>, qui quod in Synodo Tridentina Legatus , Fa- brum, Lainem, & Salmeronem Theo- logos Apostolicos familiariter nou- rat, multaque tum ex ijs, tum ex alijs de Societatis instituto didicerat, Ignatio supplicanti multa in Societatis incre- mentum ac rem, admodum liberaliter tribuit. nec enim solum prioris Ponti- fices de ordine nostro iudicia & ada- firma rataque voluit esse; verum etiam eundem ordinem nouis insuper ipse testimentijs atque decretis ornauit. Cu- ius rei publica diplomata exstant ver- bis amplissimis.

*Magistratus se abdicare conatur Ignati- us. Cap. XX.*

**H**isce rebus ita peractis, cum satis- fin præsentia communi rei con- sultum esse videretur; Ignatius quaer- rat humilitate, vigiliam suam alteri tradere, sequente Generalatu omnino ab- dicare constituit. Igitur Patribus quo- quot communis rei commodo potu- it Romam euocatis; cum in consilium

con-